



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

D. Aussöhnung zwischen Erich, Könige von Dänemark, und Heinrich, Herrn  
von Mecklenburg einerseits, und dem Markgrafen Woldemar von  
Brandenburg andererseits, vom 25. Nov. 1317.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

hern Otten von dypense vnde hern Beringerf sone von Meldingen, hern Hinri-  
 chen von Mila vnde sine sone vnde sine swoger, Otten von kerchdorp vnde dar nach  
 alle vnse heller, di dorch vnf dar in komen sin, vnde Marchgreue Friderich hat in sine  
 sine genomen bi namen hern Albrechten von Hackeborn den Eldisten, Hern Geue-  
 harten von Quernuord vnd sine sone, Hern Borchart von Scraplowe vnde sinen  
 brudir vnde hern Erkenbrechte vnde Conrat von tannenrode, Hern Friderich von  
 Sneudicz vnde sine bruder, Hinrich, Thymen vnde Albrechten di knuthe vnde  
 Hern Thizcen von warin vnd alle di mit difine orloge begriffen waren von siner wegen,  
 also das man sie alle bi orme rechte lazen sal. Wer vndir vnf dirre vorgenantin stücke  
 cheynir breche oder def andirn lute oder lande kheynen scaden zcu vnrechte tete, der hat  
 di sune gebrochen. Zcu eyne erkunde vnde bekentnisse, daz wir dise sune vnde alle di  
 rede, di hir vorbeschriben ist, stete vnde ganz halde scollen, def han wir gegeben disen brif,  
 besigelt mit vnser ingesigele. Ouch sint geczuce diser dinge vnse here Biscop Hinrich  
 von Nuenborg, Her Hinr. der Thechant von stendal, Her Segart Probest von  
 Tangermunde, Greue Otte von valkensten, Greue gunter von keuernberg,  
 Her arnolt Sack, Her Droyseke, Her Otte Dypense, Her Hinr. von Mila vnde  
 vil andir bideruer lute. Diz iz geschen vnde der brif gegeben zcu Magdeburg Nach  
 Gotil geburthe Thufint jar druhendert Jar in deme Sibenzcendin Jare, In deme neelsten fri-  
 tage vor sancte Vitil tage.

Nach dem Originale des Königl. Sächsischen Staatsarchives in Dresden.

D. Ausöhnung zwischen Erich, Könige von Dänemark, und Heinrich, Herrn von Mecklenburg  
 einerseits, und dem Markgrafen Woldemar von Brandenburg andererseits, vom 25. Nov. 1317.

In Nomine Domini. Ericus, Dei gracia Danorum Slavorumque Rex, omnibus  
 presens scriptum visuris seu audituris notum esse volumus et constare, quod nos et gener  
 noster, vir nobilis, dominus Henricus Magnopolensis, cum magnifico principe avunculo  
 nostro carissimo domino Woldemaro, Marchione Brandenburgensi, placitavimus in  
 hunc modum. Nos et gener noster Magnopolensis predictus inculpamus dominum Wertz-  
 laum\*), Ducem Slavorum et Cassubie illustrem, quod nobis per eum et suos, de mu-  
 nicionibus et terris suis exeundo et redeundo, post Zonam, inter nos nuperrime placitam,  
 damna sunt illata. Si hoc falsus fuerit dominus Wertzlaus, restaurare tenetur, si vero ne-  
 gaverit, absolvere se debet, ut est juris, et istud facere debet intra hinc et festum Epipha-  
 nie proxime affuturum: Nec de cetero idem dux damna debet inferre nobis aut domino  
 Magnopolensi: quod si facere recusat, ipse dominus Marchio illi adjutorio nullatenus  
 esse debet. Si eciam dux nobis aut domino Magnopolensi damna, postquam sibi inti-

\*) Huitfeldt: Witzlaff.

mata fuerit hec Zona, intulerit, fimiliter illi auxilio effe non debet Marchio fupra dictus. Si vero ipfe dux dominum Magnopolenfem e converfo inculaverit, id ipfum facere debet illi et quicumque ipfum ducem Wertzlaum nomine noftro inculaverit, fi dux eundem reconvenire voluerit, eidem ex parte nofta, ut juris eft, tenebitur refpondere. Debet eciam dominus Marchio nos juvare contra Archiepifcopum Lundenfem et contra dominum Ericum ducem Slesvicenfem et omnes eorum adjutores. Sed ex quo Chriftoferus dux, frater nofter, non vult a (effe in)<sup>1)</sup> Zona placitata, ipfum Marchio predictus juvare non debet, nec juvamen facere contra ipfum. Eciam placitatum eft inter Comitem Johannem de Kyl ex una parte et Gerhardum et Henekinum Comites Holzatie ex altera, quod Comes Johannes de Kyl (retinebit ad vite fue tempora civitatem Kyl)<sup>2)</sup> cum advocatia et vafallis, prout eorum Comes Hennekinus, antequam apprivatus fuit, dicte appofuit civitati: eadem vero civitas, advocatia et vafalli in eifdem debent homagium facere Comiti Hennekino, fic quod mortuo Comite Johanne de Kyl predicto ad ipfum Hennekinum et fuos heredes devolvi debent et fua perpetuo permanere. Quecunque eciam bona Comes Johannes de Kyl contulit in feudum in guerra prefenti, hoc ftabit in ordinatione nofta et domini Marchionis, qualiter hoc debet obfervari; fed Otto Spliit miles, centum marcarum Lubecenfium reditus, quos habet, debet, his non obftantibus, obtinere. De civitate eciam Nienftad et aliis bonis, que habet predictus Hennekinus, et que petit Comes Johannes de Kyl<sup>3)</sup>, qualitercumque nos et dominus Marchio ordinaverimus, eft obfervandum. Quicquid autem Gerhardus Comes Holzatie in poffeffione habet, hoc debet integraliter obtinere. De illis quoque, qui Comitem Adolphum occiderunt, qualiter nos et Marchio predictus ordinaverimus, eft tenendum. Super his firmiter obfervandis quelibet pars pro fe cum XII militibus utrobique faciet cautionem. Quicumque autem iftorum trium<sup>4)</sup> comitum hec placitata fervare vel cautionem predictam facere reculavit, contra talem nos cum domino Magnopolenfi et dominus Marchio juvare debemus, quousque adimpleat memorata. Debet eciam dominus Marchio Comitem Hennekinum, fratrem noftum, folutum dimittere, qui ducet fine pecunia relictam Marchionis Johannis, dominam Catharinam, cui idem Comes Hennekinus fecundum ordinationem noftam et domini Marchionis, dotalitium assignabit. Si vero nos, quod abfit, ante assignacionem dotalitii decefferimus, tum dictus Comes Hennekinus fecundum ordinationem ipfius Marchionis et generi noftri domini Magnopolenfis, dicte domine Catharine ipfum dotalitium assignabit, et hec assignacio dotalitii debet fieri intra annum et diem, poftquam fibi fuerit carnaliter copulata. Idem Comes Hennekinus debet dominos de Manesvelt (et) de Werningrode folutos facere. Si vero non poffit Comitem de Werningrode folutum facere, ex tunc debet dare pro eo tantum pecunie, quantum avunculus nofter dominus Mar-

1) Huitfeldt: — icke vil være ndi forneffnde Sone etc.

2) Hier ift der Zufak gemacht nach Huitfeldt, wo es heißt: Grefue Johannes aff kijn skal beholde Kyl hans Lifsdage med Bønder oc Tienere etc. Pöfter hat ohne Zweifel mehrere Worte ane gelaffen.

3) Nach Huitfeldt: — fom Gref Hennecke hafuer aff Johannes aff Kijn. 4) Pöfter hat: tum,

chio et dux Saxonie Rudolphus duxerint equum esse, et hoc faciet in termino, quem iidem Marchio et dux duxerint statuendum. Pro qua quidem pecunia ipse Comes Hennekinus et cum eo dominus Magnopolensis, Gerhardus Comes Holtzatie et Domicellus Hennekinus de Werle cum viginti militibus, per ipsum Comitem Hennekinum statuendis, debent promittere fide data. Omnibus vafallis hinc et inde debent conferri bona eorum et dimitti; hec quoque castra debent destrui et non reedificari, videlicet Vorstenhagen, Arensberghe, Kanowe, Strafvin<sup>1)</sup>, Romelowe, Swanebeke et novum castrum Juani de Redegestorpe<sup>2)</sup> militis in palude edificatum. De aliis vero castris in presenti guerra edificatis fieri debet, prout dictus dux Saxonie dixerit, quod est juris: quicumque hoc facere recusavit, hunc utrobique sine adjutorio dimitemus. De castro Hidtzakker<sup>3)</sup> ac aliis controversiis, inter ducem Luneburgensem et ducem Saxonie predictum pendentibus, dominus Marchio et dominus Magnopolensis predicti placitare debent si, possunt eos in amicitia concordare; quod si facere non poterunt, ex tunc jus dicit dux Saxonie super eo, cui juri stabitur utrobique. Super damnis, inter vafallos Marchionis et ducis Luneburgensis factis, suos ex utraque parte milites deputabunt, in jure vel amicitia decidendis; qui si discordauerint in voce, eligere debent mediatorem: quicquid ille dixerit, quod juris fuerit, est servandum. Vafallis in terra Marchionis, habentibus bona in terris domini Magnopolensis, quos ipse dominus Magnopolensis sub se habere noluerit, idem dominus Magnopolensis debet solvere<sup>4)</sup> bona illa, juxta communem terre emptionem. Consimile dominus Marchio vafallis domini Magnopolensis, bona in Marchia habentibus, quos Marchio sustinere noluerit, facere profus debet. Vafalli vero ducum Stettinensium Otthonis et Wertzlai<sup>5)</sup>, qui se in guerra presenti ab eis diverterunt ad nos et ad nostros fautores, et ex nomine comitibus de Gutzekowe, debent reconferri bona sua et debita solvi, prout in literis Zone exprimitur prius datis. Consimile debet fieri vafallis et adjutoribus Marchionis et ex nomine Henningo de Plau<sup>6)</sup> militi. Quicumque ista non fecerit, hunc utrobique sine adjutorio dimitemus. Ad tollendam omnem offensionem et defensionem inter vafallos domini Marchionis et domini Magnopolensis, sive sint super distinctionibus, debitis, damnis, bonis, departitionibus aut aliis quibuscunque, statuerunt ipsi suos milites utrobique, qui venire debent Templin<sup>7)</sup> dominica ante festum Nicolai proxima, et continuare ibidem per biduum, et per dies duos sequentes in Lichen<sup>8)</sup> ubi ipsos reformabunt in amicitia vel jure. Quicquid eciam dominus Marchio domino Magnopolensi tenetur in debitis, de hoc partem suam, quam pro principe Ruya-

1) Huitfeldt: Serafym.

2) Huitfeldt: Issuer aff Bedestorp bygde udi Moratzen, Pstter: Bedegestorpe.

3) Huitfeldt: Hirdzaacker.

4) Huitfeldt: deris Gods skal Megalopolenfis kiöbe.

5) Huitfeldt: Witzlaff.

6) Huitfeldt: Henning de Plate.

7) Pstter hat Remplin. Remplin heißt ein Dorf im Mecklenburgischen. Gewiß ist indessen Templin hier zu lesen,

wie auch bei Huitfeldt steht.

8) Pstter hat Lyben, Huitfeldt Lebus. Ich glaube dennoch Lyben verumtzen zu können.

norum promisit, defalcabit, de residuo autem Marchio ordinabit, quod dominus Magnopolensis fiet contentus, ceterosque compromissores principis Ruyanorum Marchio monebit, ut juris est: qui si non satisfecerint, hinc idem dominus Magnopolensis domino Marchioni faciet, quod est juris. Super ducentorum talentorum Brandenburgensium redditibus, quos dominus Magnopolensis a Marchione in feudo habuit, commissum est utrobique ordinationi domini Droyfekonis et Redekini<sup>1)</sup> de Reder: quicquid super eo iustum esse dixerint, in hoc contenti erunt utrobique. Contulit insuper dominus Marchio domino Magnopolensi terram Stargardie cum omni jure, quo eam a Marchione et suis progenitoribus habuit possidendam. Dicitur quoque dominus Magnopolensis castrum Eldeneborg<sup>2)</sup> presentare debet domino Marchioni et castrum Vredenhagen cum vasallis et terris attinentibus, et ipsos castellanos (eorundem)<sup>3)</sup> castrorum et vasallos terrarum homagium iussit facere Marchio, (marchioni?) ita, quodsi Marchio predictus sine herede filio decesserit, ipsa castra Eldeneborg et Vredenhagen cum vasallis et terris attinentibus ad ipsum dominum Magnopolensem et suos heredes debent devolvi et eorum iusta bona perpetuo permanere. Quicquid Reymarus de Malin<sup>4)</sup> miles et sui patrum in villa Lubetz<sup>5)</sup> habent, Marchio debet ipsis persolvere, prout Droyfeko et Georgius Hasenkop, milites, dixerint persolvendum. Filii quoque de Pleffe situm Molendinum super Eldenam et alia sua bona ibidem absque omni impedimento possidere debent cum eo jure, quo ipsa ante edificationem castrum Eldeneborg habuerunt, nec ibidem quis alteri facere debet injuriam utrobique. Nos etiam et dominus Magnopolensis predictus, propter aliquem, non debemus ipsius domini Marchionis fieri inimici, nec ipse e converso noster erit propter aliquem inimicus. In hanc Zonam pro nostra parte recepimus dominos infra scriptos, ducem videlicet Luneburgensem, Rudolphum et Ericum ducem Saxonie, Havelbergensem, Zwerinensem et Ratzeburgensem Episcopos, Ottonem comitem de Hoya, Gerhardum comitem Holtzatie<sup>6)</sup>, Hennekinum de Werle, Nicolaum et Bernardum comites Gutzekowe, et omnes nostros alios adjuutores<sup>7)</sup>. Quicumque premissorum nostrorum adjuutorum hanc Zonam et alias inter nos placitatas observare noluerint, talibus auxiliari nolumus utrobique. Super premissis omnibus et singulis adimplendis et firmiter observandis gener noster, dominus Henricus Magnopolensis, pro nobis et pro se ipso tan-

1) Pöster: Troyfikonis, Bedekindi; Huitfeldt: Bedeken aff Weduwe.

2) Huitfeldt: Oldeneborch.

3) Eorundem ist willkürlicher Zusatz für die Ziffer IX die hier im Pöster'schen Abdrucke steht. Denn die Zahl neun giebt hier nicht nur keinen Sinn, da nur von zwei Schlössern die Rede ist, sondern auch die sonst genaue und wörtliche Uebersetzung dieser Urkunde bei Huitfeldt enthält nichts davon. Die Stelle lautet hier also: den aff Mekelnborg skal oplade Margressuen Oldeneborg oc det Slot Wirdenhagen med alle Vasaller oc Tienere, huilcke skulle giöre Margressuen deris Eed, med dem beskeed, at om fornessnde Margresue döde uden Mandelig Arffving, da skal Oldeneborg oc Wirdenhagen med Bänder oc Tienere igien nomme til den aff Mekelnborg oc hans Arffvinge etc. — Wahrscheinlich ist oben auch für marchio zu lesen marchioni.

4) Pöster: Malm.

5) Huitfeldt: udi den By Lubitz.

6) Nach Huitfeldt: Geert, Adolff aff Holsten.

7) Hier ist bei Huitfeldt der Satz eingeschoben: Diffe skulle beholde alle deris Lande oc rette Grenzer.

tummodo civitates Woldegge, Lychen et Wefenberghe, cum castro et omnibus eorum attinentiis, domino Marchioni titulo pignoris obligavit, quas munitiones dictus dominus Magnopolensis suis militibus, videlicet Alberto de Dewitz, Wedegoni de Plote et Buffoni de Dolla presentavit, ita videlicet, quod si nos aut dominus Magnopolensis aliquid contra Zonam, inter nos et dominum Marchionem placitam, fecerimus, et illud intra duos menses proximos, postquam requisiti fuerimus, non fecerimus retractari, ex tunc predicti milites munitiones hujusmodi cum suis attinentiis, ipsi domino Marchioni debebunt statim tradere, dum fuerint requisiti, quas tunc ipse dominus Marchio et sui heredes tanquam justa bona sua perpetuo possidebunt: super quo dicti tres milites cum septem suis amicis data fide promiserunt, prout in eorum litteris super hoc datis, exprimitur evidencius. Hos vero tres milites munitionibus predictis non debet dominus Magnopolensis, quamdiu vixerint, amovere; si vero dictorum trium aliquis decefferit, tunc quemcumque dominus Marchio de consiliariis domini Magnopolensis elegerit, hunc in locum defuncti cum eadem auctoritate, quam defunctus habuit, statuerimus, quando nos et dominus Magnopolensis fuerimus requisiti. Et e contra dominus Marchio pro se ipso solo castrum Eldeneborg et Vredehagen, et Meyenborch civitatem cum castro, cum suis attinentiis, nobis et domino Magnopolensi etiam titulo pignoris obligavit, quas munitiones dictus dominus Marchio Droysekoni, Redekino de Redern et Johanni de Crocherna<sup>1)</sup> suis militibus presentavit, similiter iisdem modis et conditionibus, sicut dominus Magnopolensis suas munitiones praedictas dictis suis militibus presentavit. Ad majorem autem certitudinem et cautelam dominus Rudolphus, dux Saxonie predictus, pro nobis data fide promisit, ita videlicet, quod quicumque nostram hanc Zonam violaverit, ejusdem dominus dux debet fieri inimicus. Preterea nos et una nobiscum dominus Magnopolensis, dominus dux Lunenburgensis, Henricus comes Suerinensis, Gerardus comes Holtzatie, Hennekinus domicellus de Werle, nec non XX. milites nostri infra scripti, Bosso de Dolla, Albertus Dewitz, Wedekinus de Plote, Henricus Vielitz, Henricus Soneke<sup>2)</sup>, Ulricus de Ylesfeldte, Henricus de Heydebrake, Duferus, Willekindus de Dolla, Nicolaus Manduvel, Zabellus de Helpede, Johannes Rosendal, Georgius Hasenkop, Wipertus Bützow, Reymarus de Malin, Conradus de' Cremun, Reymarus de Wedele, Reymarus de Pleffe, Bernhardus et Henricus Moltzan, promiserunt fide data. Dux quoque Lunenburgensis X milites, Henricus comes Suerinensis V. milites, Hennekinus domicellus de Werle X milites, Nicolaus et Bernardus comites de Gutzecowe V milites, singuli pro se statuerunt fideiussores domino Marchioni et ipse Marchio eisdem e converso singulis totidem milites pro se statuit fideiussores. Per has quoque litteras aliis nostris litteris inter nos hinc et inde datis nolumus in aliquo derogari. In premissorum testimonium sigilla, nostra videlicet et do-

1) Potter: Dedekino de Reden et Johanni de Crochgem, Smitfeldt: Dedeken aff Cedenitz oe Johann Krockeren.

2) Smitfeldt: Henfcke Dosenrode.

minorum Henrici Magnopolensis, Rudolphi ducis Saxonie, Ottonis ducis Lüneburgensis, Henrici comitis Suerinensis, Gerhardi comitis Holtzatie et Hennekini, domicelli de Werle, nostrorum compromissorum, presentibus sunt appensa. Datum Templini, Anno Domini M. CCC. decimo septimo, in festo beate Catharine.

Nach Pötter's Neuer Sammlung III, 14—18 und der Dänischen Uebersetzung des Originals in Huitfeldt Dan. Reg. Krönicke III, 398.

DI. Woldemar's, Markgrafen von Brandenburg, Revers wegen des zwischen ihm, dem Könige von Dänemark und dem Herrn Heinrich von Mecklenburg verabredeten Beistandes, vom 25. November 1317.

Nos Waldemarus Dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, recognoscimus publice in his scriptis, quod cum magnifico principe domino Erico rege Danorum, nostro avunculo karissimo, ac nobili viro domino Henrico de Meckelenborgh, nostro Swagero dilecto, placitavimus in hunc modum, quod ipsos juvare debemus in partibus ultra mare cum quinquaginta armatis, cum dextrariis, et decem sagittariis sub eorum expensis, lucris et damnis. Ipsi quoque dominus Rex et dominus Magnopolensis in partibus Boheimie et aliis remotis cum quinquaginta armatis et decem sagittariis, et in partibus vicinioribus cum centum armatis et decem sagittariis e converso nos juvare debent sub nostris expensis, lucris et damnis, ita videlicet, quod damna parvorum equorum sub ipsa Reysa debent ab utraque parte perfolvi, dextrarii vero infra dimidium annum proximum ex utraque parte debent perfolvi. Quicumque vero nostrum tales armatos habere voluerit, alteram prescire faciet unum mensem, et dum tales armati terminos vocantis attigerint, ille ipsis in expensarum necessariis providebit. Et he littere aliis inter nos datis ex utraque parte litteris non debent prejudicium generare. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum; Datum Templini, Anno Domini M. CCC. XVII. die sancte Catharine.

Nach Pötter und Huitfeldt a. a. D.

DII. Markgraf Woldemar von Brandenburg verbindet eine Anzahl umliegender Dörfer dergestalt mit der Stadt Löbau, daß diese Dörfer künftig in der Stadt Löbau Recht nehmen sollen, am 3. Dezember 1317.

Nouerint uniuersi noticiam presentis litere habituri, quod nos Woldemarus, dei gracia Brandeburgensis et Lusatie Marchio, has villas Euersdorf, Ottenhayn, Biscopistorf, Herwigsdorff, Strabenwaldt, Paulsdorf, Rosenhain et Conradistorf Sclauicalem apposimus nostre Ciuitati Lobaw ita, quod villani dictarum villarum in dicta Ciuitate sua jura de cetero postulabunt. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniti fecimus presens scriptum. Testes hujus sunt Christannus de gerardsdorf, noster